

creduntur ratione tamen & sancta unum sunt, nam in equalitatem societas
 melioris offensa est & iniuria eius, qui uerus deus est, si ei non uerus alius compara-
 tur; Omnis qui iniuste comparat uiolat, cum autem ego patrem & filium statu-
 o unitatem generis adsigno, & nulla in personis diuisione discreto tamen persona-
 rum rursus eadem nomina in unitatem sui naturalis foederis lege con-
 signo, unde & tantus est filius, quantum uidebitur pater, totus deo integer
 de integro, perfectus de perfecto, consimilis maxima que uis accipit, sicut apostolus
 dicit, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat, & hieremias
 receperat similes prophetarum, hanc unitatem deitatis in patre & filio sciens ait,
 hic est deus noster & non deputabitur alius absque illo, qui inuenit omnem uiam
 prudentiae & dedit eam iacob puero suo & israel dilecto suo, & post haec inter-
 rus uisus est, & cum hominibus conuersatus est, et hoc ipsum praedixit isaias di-
 cent, haec dicit dominus deus, facta est egyptus, & negotatio aethiopiae, & sabab.
 uiri excelsi ad te transierunt, & tuorum serui, & post te ambulabunt, unca conpe-
 debit, & in te praecabuntur, quo in te est deus, & non est alius, praeter te tuum est
 saluator israel, & non sciebamus, quod ne putas me eos super cilio dixisse quos sabab
 isaias feruit, qui ipsum patrem, ipsum filium profiteretur, non tanos totum in una
 de sententia cogimus, ut aliorum hereticorum fraude captamus, sed quia ipso no-
 mine personarum auctoritas indiscreta cognoscitur, et filius non genere sed perso-
 na alter a patre nominatur, proinde totum patri adscribimus quod est filii, &
 totum filio quod patris est, nihil enim non uidebitur patris, quod diudicabitur filii, nec
 filii quod defenditur patris, quia unitas maiestatis non sine deo plurali uocabulo
 nuncupari, quippe cum constat patrem & filium, uniuerses substantiae, uidebitur
 que uniuerses dicitur, illud uero cuncta metuentes, nisi pater & filius unum non
 sunt, in inuidia reuertit auctoritas, interposita naturae, hoc enim placuit
 hereticis, ut deus ille omnipotens inuisibilis, immensus degeneraret in filio,
 non modo potestate, sed & conditione mutata, quasi non potuerit pater de semet ip-
 so talem habere filium, uel qualis ipse est, Et proinde nos uerum filium de uero
 patre natum non factum, uniuersae substantiae cum patre defendimus, et hoc est quod
 greci omisionem appellant, id est alium ipsum, ut audientia nominum.